

An verò, ut delineationis, sic quoque inventionis eorum omnium primam liceat Eustachio gloriam adjudicare, diligentius est inquirendum. Non enim propterea quia duobus, ut dictum est, post Falloppium annis testatus sit, se suas Tabulas absolvisse, continuò credendum est, non absolvisse multò antea & illas, & Anatomica Scripta, sive edita, sive adhuc desiderata. Nam, quo anno Falloppius Observationes edidit, eodem Pinus ad librum de Renibus Annotationes colligebat, & scripsisse Eustachium *non modò de Renibus, verùm etiam de caeteris aliis humani Corporis partibus* asserebat ; ut in ejus ad Lectorem Epistola, & initio statim Annotationum habemus. Praeterea examen Ossium, eique adnexum de motu Capitis Opusculum, eo tempore fuisse perscripta, quo necdum Falloppii Observationes videre Eustachius potuisset, ex adscripto die facilè colligitur. Sed quoniam Epistolam de Auditus Organis post Falloppii Observationes scriptam esse, non modò ex adscripto item die, verùm quoque ex non uno ejus loco, de Stapede videlicet, ac de Cochlea, satis constat ; in Libello autem de Dentibus (ut modò cap. 32 de Renibus praetermittam) attestante etiam Pino in Annotationibus, Falloppii sententiae nec semel, nec obscure impugnantur, & praeterea Falloppius in Praefatione ad Observationes, has ante annos quatuor à se scriptas ad Petrum Mannam, testatur ; his de causis unicè ad annum, quo Tabulae sunt aeri incisae, inquirendum veniamus ; nam & de his pottissimùm quaerimus, & si constabit, has ante scriptas à Falloppio Observationes fuisse paratas, plerorumque etiam quae & Scriptis, & Tabulis communia sunt, inventorum gloria Eustachio afferetur.

Mais, il faut chercher à savoir avec plus d'attention si, après la gloire d'avoir dessiné en premier toutes ces choses, il est aussi permis d'attribuer à Eustache celle de les avoir en premier découvertes. Ce n'est pas, en effet, parce que, deux ans après Fallope, comme on l'a dit, il a attesté, avoir achevé ses Planches, qu'il faut pour autant croire qu'il ne les a pas achevées bien avant, tout comme ses écrits anatomiques qu'ils aient été publiés ou qu'on les attende encore. En fait, l'année même où Fallope a publié ses *Observations*¹, Pini rassemblait ses *Annotations au livre Des reins* et affirmait qu'Eustache avait écrit « *non seulement sur les reins, mais aussi sur toutes les autres parties du corps humain* », comme nous le lisons dans sa lettre au lecteur et dès le début des *Annotations*. En outre, on déduit aisément de la date qui y est inscrite² que l'*Examen des os* et l'opuscule *Du mouvement de la tête* qui lui est annexé ont été écrits au moment où Eustache n'avait pas encore pu voir les *Observations* de Fallope. Mais puisqu'il est bien clair que la *Lettre sur les organes de l'ouïe* a été rédigée après les *Observations* de Fallope non seulement d'après la date qui y est pareillement inscrite, mais aussi d'après plus d'un passage de cet ouvrage, touchant évidemment à l'étrier et à la cochlée ; mais que, dans le *Petit livre des dents* (sans parler ici du chap. 32 de celui *Des reins*), comme l'atteste aussi Pini dans les *Annotations*, les opinions de Fallope sont réfutées plus d'une fois et clairement, et qu'en outre Fallope reconnaît dans la préface aux *Observations* qu'il a rédigé ces dernières quatre ans plus tôt à l'intention de Pietro Manna, il nous faut, pour toutes ces raisons, rechercher uniquement l'année où les Planches ont été gravées dans le bronze. De fait, nous enquêtons prioritairement sur ces Planches, et s'il s'avère qu'elles étaient prêtes avant que Fallope n'ait écrit ses *Observations*, on attribuera à Eustache la gloire de la plupart des découvertes qui se trouvent à la fois dans ses écrits et dans ses planches.

¹ A savoir 1561, date de la première édition vénitienne des *Observationes* de Fallope.

² À la fin de l'avis au lecteur, on trouve en effet la date suivante : *Romae. Idibus Iulii MDLXI*.

